



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

14. In Festo S. Agathæ. tripart. Mulierem fortem quit inveniet. Prov. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

porteret pro nomine suo pati. Portavit per triginta annos in Asiam, Græciam, Scytas, Perlas, Romanos, indicibilia passus pro nomine Christi IESU, electus non solum ad docendum & agendum, sed & maxime ad patiendum. Quid ita? Quia contra Christi Iesu nomen multa alios pati fecerat, debuit ipse in compensam pro nomine illo mira pati, Dei providentiâ sic iuste ordinante. Qui Iesum Crucifixum annuntiabat, & patientiam eius, patientiæ consors esse debuit, ut non solum sermone, sed ut opere illum prædicaret efficacius. Concludamus, & ad Iesum vota convertamus, ut ipse nos cum Saulo convertat.

TU, Domine IESU, qui misericordia tua Saulo Conclisti Vas electionis, & vinculis amoris ad te attraxisti, luce circumdedisti, voce viciisti, de lupo Agnum, de Persecutore Apostolum, de blasphemum Doctorem subito fecisti: fac nos percipere vocem tuam, lucem, misericordiam tuam; ut de abyfso tenebrarum, in qua cæci & surdi, jacemus, respiciamus ad te, qui es lux vera & vita nostra. Aperi oculos cordia nostra per merita & intercessionem electi tui Apostoli, ut pleno corde ad te converti, & hic gratiam, & tandem gloriam consequamur æternam.

IN FESTO S. AGATHÆ.

Mulierem fortem quis inveniet?
Prov. 31.

Inter mulieres fortes merito etiam recenseamus S. Agatham, quæ Luciam martyrio præcellit, & eam exemplo suo ac voce ad fortiter certandum animavit, prædicans civitatem Syracusanorum decorandam ejus martyrio ac patrocinio, sicut illustrabatur civitas Catanensium suo. Certe civitas Catanensium ita illustris erat S. Agathæ sanguine & sepulchro, ut passim populi ad illud concurrerent, etiam per quinquaginta miliaria distantes, ut gratia spiritualis ibi efficeretur participes. Quid mirum, si homines eam venerabatur, cum & Angeli sepulchrum hujus Virginis venerati fuissent, ei Epitaphium adscribentes & appendentes, conceptum hæc verbis: MENTEM SANCTAM ET SPONTANEAM, DEO HONOREM. ET PATRIÆ LIBERATIONEM. Illuc ergo venerat S. Lucia, Virgo Syracusana, cum matre Euthycia sanguinis fluxu irremediabili jam quatuor annis divexata: dumque processioniis mysteria agerentur in festivitate Agathæ, & Evangelii lectio foret recitata, quo legitur simbria vestimenti mulier à sanguinis fluxu liberata, ad monitione Lucie materfridem magnam concepit, per intercessionem S. Agathæ idipsum à Christo sibi contingere posse. Postmodum igitur cum pmoctaret ad sepulchrum S. Agathæ Euthycia cum filia sua Lucia, vidit in somno Lucia B. Agatham in medio Angelorum gemmis

62
Quomodo Sanctus Paulus vas electionis dicitur.
 R. 1. *Judic. 13.*
Judic. 7.
Exod. 14.
Psal. 109.
 R. 2.
Ecclesi. 50.
Ecclesi. 43.
Exod. 16.
 R. 4.

turæ & organum electum, quasi dicat Dominus Ananias: Tu putas hunc reprobum, dum dicit: *Quantum mala audivi de eo.* Sed scias à me electum, & fore selectissimum instrumentum ad ostendendum potentiam meam & gloriam coram Regibus, & toto orbe, & quidem ad hoc elegi eum ex millenis hominum millibus: Si ego Sampsonem elegi ut Afincæ mandibula, tanquam victoriæ instrumento, Philistæos fugaret, vinceret, confunderet: Si Gedeonem elegi, ut tubarum, sono & vasis confectis aciem hostilem superaret: Si Moysen elegi, ut virgâ Pharaonem & Egypti exercitum profligaret: Ecce plusquam Sampson hic, plusquam Gedeon, plusquam Moyses. Ego enim eum elegi, & tantis donis tantæque fortitudine adornavi, ut hostium omnium meorum valeat furorem retundere & pessumdare, ut faciat nomen meum, & potentiam, ac sapientiam omnibus nationibus & Principibus innotescere? Ego eum elegi, ut *virgam virtutis mea emittat ex Sion*, & mihi acclametur: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Volo vocis ejus sono & corporis tanquam vasis collisione elucere qua quævis lumem Evangelii: lucem fidei, lucem gratiæ meæ.

Viterius, *Vas electionis*, sive electum à Domino, quia de vase conumeliæ in vas translatum gloriæ, in vas gratiæ & sapientiæ, ut cibum electum & cæli vinum omnibus propinet gentibus. Ideo de illo verum est illud: *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Fuit enim vas auri ob sapientiam, solidum ob charitatem, ornatum omni lapide pretioso: quia omnibus gemmis virtutum. Fuit enim tale vas quale describit: *Vas admirabile opus Excelli*; quia sicut Sol de quo ibi agit Ecclesiasticus, *Vas est lucis*, totum illuminans mundum, sic & Paulus toto orbe radiantem lucem circumtulit.

Deinde, electus fuit Paulus, tanquam *Vas aureum*, in quo voluit Dominus manna reponi, ut sit in cibum omnibus generationibus.

Denique, electus fuit tanquam *Vas odoriferum*, in quo pretiosissimum unguentum nominis IESU reconditur, & postmodum effunderetur in omnes nationes, ut illas odore suo attraheret. Erat enim antea absconditum & clausum istud fragrantissimum balsamum: Paulus autem illud portavit & effudit coram Regibus & gentibus, ac filius Israhel. Quapropter tot Martyres, tot Virgines, ad ejus odorem accurrerunt, etiam per spinas & clavos, per crucem & gladium, per mortem & sanguinem. Ex quo merito dicitur Paulus electus ut *Vas electionis*, ad portandum nomen illud, in quo omnes oportet salvos fieri. Portavit utique, tanquam vexillifer, Nomen & insigne sui Ducis. Tanquam Legatus, Nomen illius à quo mittebatur Regis. Tanquam Promulgator legis, Nomen & auctoritatem sui Legislatoris & Principis. Portavit in corde per amorem, in ore per sermonem, in opere & corpore per passionem: quia offendit ei Dominus quanta o-

porteret pro nomine suo pati. Portavit per triginta annos in Asiam, Græciam, Scytas, Perlas, Romanos, indicibilia passus pro nomine Christi IESU, electus non solum ad docendum & agendum, sed & maxime ad patiendum. Quid ita? Quia contra Christi Iesu nomen multa alios pati fecerat, debuit ipse in compensam pro nomine illo mira pati, Dei providentiâ sic iuste ordinante. Qui Iesum Crucifixum annuntiabat, & patientiam eius, patientiæ consors esse debuit, ut non solum sermone, sed ut opere illum prædicaret efficacius. Concludamus, & ad Iesum vota convertamus, ut ipse nos cum Saulo convertat.

TU, Domine IESU, qui misericordia tua Saulo Conclisti Vas electionis, & vinculis amoris ad te attraxisti, luce circumdedisti, voce viciisti, de lupo Agnum, de Persecutore Apostolum, de blasphemum Doctorem subito fecisti: fac nos percipere vocem tuam, lucem, misericordiam tuam; ut de abyfso tenebrarum, in qua cæci & surdi, jacemus, respiciamus ad te, qui es lux vera & vita nostra. Aperi oculos cordia nostra per merita & intercessionem electi tui Apostoli, ut pleno corde ad te converti, & hic gratiam, & tandem gloriam consequamur æternam.

IN FESTO S. AGATHÆ.

Mulierem fortem quis inveniet?
Prov. 31.

Inter mulieres fortes merito etiam recenseamus S. Agatham, quæ Luciam martyrio præcellit, & eam exemplo suo ac voce ad fortiter certandum animavit, prædicans civitatem Syracusanorum decorandam ejus martyrio ac patrocinio, sicut illustrabatur civitas Catanensium suo. Certe civitas Catanensium ita illustris erat S. Agathæ sanguine & sepulchro, ut passim populi ad illud concurrerent, etiam per quinquaginta miliaria distantes, ut gratia spiritualis ibi efficeretur participes. Quid mirum, si homines eam venerabatur, cum & Angeli sepulchrum hujus Virginis venerati fuissent, ei Epitaphium adscribentes & appendentes, conceptum hæc verbis: MENTEM SANCTAM ET SPONTANEAM, DEO HONOREM. ET PATRIÆ LIBERATIONEM. Illuc ergo venerat S. Lucia, Virgo Syracusana, cum matre Euthycia sanguinis fluxu irremediabili jam quatuor annis divexata: dumque processioniis mysteria agerentur in festivitate Agathæ, & Evangelii lectio foret recitata, quo legitur simbria vestimenti mulier à sanguinis fluxu liberata, ad monitione Lucie materfridem magnam concepit, per intercessionem S. Agathæ idipsum à Christo sibi contingere posse. Postmodum igitur cum pmoctaret ad sepulchrum S. Agathæ Euthycia cum filia sua Lucia, vidit in somno Lucia B. Agatham in medio Angelorum gemmis

Pass. l. De fortitudine S. Agathæ contra mundum.
Epitaph. S. Agathæ.

ornatis, & dicentem: *Soror mea Lucia, Virgo Deo devota quid a me petis, quod ipsa pateris continuo prestare matri tuae Nam & matri tuae fides tua subvenit, & ecce sanata es. Et sicus per me civitas Catanensium sublimatur a Christo, ita per te civitas Syracusana decorabitur ab illo.* His ergo verbis admonita fuit certaminis & martyrii, ab illa que fortiter praeverat & certabat in agone: jamque confabatur dicere Lucia quod olim currentes in stadio post cursum suum abolatam dicebant socio: **TIBI LAMPADA TRADO.**

Sed videamus paucis ejus fortitudinem, & certamen contra Mundum, Carnem, Diabolum, eodem ordine quo de Lucia jam disseruimus.

Primo quidem fortis fuit contra Mundum, in clyto illi superans & caecis certamine. Cum enim foret nobilissima, ex illustri familia Panormitana genus ducens: cumque foret diuissima, copioso patrimonio sibi a parentibus relicto; cum denique foret pulcherrima, decorem vultus & corporis praestans, & flore aetatis spe stabilis, idcirco & honores & gloriam consequi posset in saeculo: nihilominus haec omnia contempserit. Sciebat quod hujus saeculi bona omnia umbratica sunt, & transeunt, ut vapores ad modicum spem, aut ut fumus pertransiens. *Velut somnium surgentium imaginem ipsorum ad nihilum rediens.* Praeterea figura hujus mundi, velut imago formi, vel ut ludera scena, omnis gloria ejus mox avolat: & sepulchro conditur, inanisque reperitur & vana. Ideo vero mundi gloriam & opes contempserit, & in saeculo calcavit saeculum, ut liberius ancillaretur Christo cum humilitatis obsequio, & ut despecta vanitate amplecteretur veritatem, quae suos nunquam deserit sectatores. Quapropter cum a Tyranno interrogaretur, & ei exprobaretur: *Non te pudet, nobili genere natam, humilem & servilem Christianorum vitam agere?* Respondit. *Multo praestantior est Christiana humilitas & servitus, Regis opibus & superbia.* Novetat quoque illud S. Gregor. Nazianzen: *Invidia sunt operes, sublimiumque thronorum & dignitatum fastus mera sunt insonantia. Pulchritudo porro brevis, atque fugitiva simul juvenis nihil aliud quam temporis fervor, carities tristis vita occasus. Gloria est aer. Nobilitas: viciis sanguis; humana omnia meius, visus laudis, umbra pro; flatus, volatus, vapor, fluctus, navis, visus, &c.* Sciebat & ponderabat illud quod subdit idem Sapiens & Sanctus Doctor Nazianzenus: *Non sine magna sapientia a te Christo constitutum est, ut res hujus vita incerta atque instabilis sit, ut verum firmatum amore & desiderio inardescamus: atque, deservimus a frustra carnis cogitatione mentem abrahamyera, imaginemque illam quam divinitus accepimus, puram conservare, vitam ab hac vita alienam ducere, ac denique cum altero mundo mundum hunc commutando, difficultates omnes hujus vita forti animo perferre. Quod utique fecit ipsa fortissime, mundana omnia despiciens, & calcans intrepidus pede, ut aereis mente ab instabilibus & incertis, desiderium*

suum in rebus stabilibus & certis collocaret. Constantiter diligere voluit quod stare poterat: noluit incautum cor in eo diligendo figere, quod jam fugit dum diligitur.

Secundo fortis fuit S. Agatha contra Carnem, hostem domesticum, multis insidiis & illecebris nos adorientem. Per castitatis enim votum se Deo firmavit & consecravit: sicque fortiter animum roboravit contra omnes illecebras & insidias, ut fidelis maneret Christo Sponso suo usque ad mortem. Quapropter adduci nunquam potuit ut Quintiano Siciliae Praetori & Praefecto nuberet, licet ipse in regno potens omnem tentavit aditum; ut in ipsius se animum insinuaret, coeco captus amore. Ipse amatum egit blanditiis, sed frustra. Indicem egit minis, sed in vanum. Quid ultra? Tradidit illam euidam Aphrodisiae, quae quinque filias juvenulas habebat: ut omnibus modis, cum per se, tum per illas, eam suis lenociniis fleteret ad conjugium propositum, & desisteret a castitate & fide. Nocte dieque, instar Sirenis suavesonantis, voluptates & delicias auribus Agathae occinebat, ut tandem & ad cor pertingeret: Sed illa aurem obturabat & mentem, quam totam in Christo defixerat. Frustra *Vulsa sibi musio respondentes*, frustra Sirenes in delubris voluptatis cantantes, hoc est, frustra mater & filiae eandem cantilenam erant resonantes, de vita voluptuosa amplectenda; quia alium de caelo sonum plenis auribus, pleno Agatha exceperat corde. Quocirca cum Aphrodisia instar Veneficæ insipienter incantantis, finem sollicitandi non faceret, tandem hoc responsum accepit a Virgine, tum auribus, tum mente & sensibus infemeterata: *tor inter lenocinia torquesque repetita blandimenta: Tuas vocas, tuamque linguam, o Aphrodisia, non ut sumam, sed ut excodemans, tibi hac suggerentis, organum & linguam accipio, sed festo te tempus & operam perdere, sursumque auribus canere. Ego enim ita defixa & firmata sum in amore D. Iesu Christi, tamque constans in voto Virginitatis ei nuncupato, ut per ipsum gratiam plane consideram, quoad suos potius sol perdet radios, ignis calorem, vix candorem, quam ego meam mentem voluntatem. Praeferat et Quintianus Leones, succendat rogos, ascendant equules, aperiat portas inferorum si potest, omnemque Daemonum vim & tormenta contra me concitet, libens & lata omnia excipiam, ut moriar Christiana & Virgo. Nullam enim violentiam timeo. Quia scio me Deo cui corpus & animam consecravi, cordi esse & cura. Quid castus, quid formosus, quid constantius diei potuit a tenella virgine, sed a forti muliere, quae accincherat fortitudine lumbos suos, & brachium suum roboraverat adversus omnes fidei & castitatis suae hostes? O liberam linguam, quae sacram vocem illam emisit! Quam quidem aër excipiens facer factus est, Angeli audientes plauserunt, Daemon cum suis magnum plagam accepit. Dominus postremo in caelo defixerat.*

Traditur ut pervertatur, sed frustra irruitur.

Isai. 54

Responso S. Agathae ad incantatricem mulierem.

ad Mandis contem. p. 1.

Jacob. 4.

Psal. 72.

Nazianzen. tract. de vita ista. ver. 108.

descripfit, ut in simili ait S. Basilii hom. de 40. martyribus.

Quid igitur ageret hic Aphrodisia, tantam contuens constantiam, suamque malitiam detectam perspicuus? Sane non aliud potuit, quam Præfidi acta dictaque Agathæ referre. Accedens igitur illum post multos dies, dixit: Facilius est lapides molire, quam Agathæ mentem à Christi amore & castitate dimovere: Ego enim & filia meæ ipsos triginta dies nocte dieque ejus animum assidue passivimus, nunc blandiendo, nunc imitando, nunc torrendo, nunc promittendo; sed illa immobilis manet ut adamas. Omnia enim quæ sub celo sunt, propter Christum non plus facis quam pulverem terræ, quem pedibus calcas: Immo per diem & pernox non aliud cogitat, non aliud somnat, quam ut moriatur pro Christo. Vtique hoc erat ejus votum, hoc unicum desiderium cordis ipsius, jam ab adolescentiâ profunde ei impressum, nullaque vi aut fraude eradendum. Dicamus de illa quod de muliere forti legimus: *Byssus & purpura indumentum ejus.* Hæc erat vestis nuptialis, ad quam suspirabat, quamq; induere gestabat: ut nuptiis Agni Sponsi accumberet. Sive, ut rursus ibidem dicitur: *Fortitudo & decor indumentum ejus.* Decor & byssus est castitatis professio; fortitudo & purpura est sanguinis in martyrio professio. Hoc utroque colore indui aveau Agatha ut conformis fieret sponso suo, qui utrumque hunc gestat & commendat. Vnde de illo asserit sponsa: *Dilectus meus candidus & rubicundus; electus ex millibus Candidus ob innocentiam & puritatem, rubicundus ob ardentem charitatem, & profusum sanguinem.*

Prov. 31.

Can. 1.

PARS III.
De fortitudine S. Agathæ contra Satanam
lib. 9.

Fortis fortis fuit S. Agatha contra Satanam, qui per Tyrannum ferociter certabat vario tormentorum genere, ut eam superaret. Non poterat concoquere Tyrannus, & in ipso Dæmon, quod à femina victus diceretur, sicut nec olim Abimelech. Quare omnes tentandæ fuerunt machinæ & artes, ut à proposito & fide eam dimoveret. Sed tantum abest ut ipsa nutare potuerit quibuslibet propositis sibi tormentis, quin potius coram Tyranno consistens sic eum invicta a loquitur fortitudine: *Non est quod speres, à Quintiane, me tuâ scintilla percellere. Scito enim non esse corvum, quantumvis anhelam & stultidam, que ita desideret aquam limpida, ut ego desidero & scio tua tormenta, ut per ea Christo uniar. Ergo stringe, si lubet, in me ferrum, ecce collum meum: si flagella, ecce humeros: si ignem, en totum corpus: excruciat ut vis, ure, seca, ligna, disfringe lacera, transfige, macia. Quanto in me crudelius sciveris, tanto majus beneficium conferes, tanta gravior & gloriosior ero dulci meo Sponso. Quid tardas? Quid moraris? Expedi sagra, gladios, cruceas, caestras, ignes, leones, Siciens animo omnis hora longa est mora.*

Quod porro verbis dixit, etiam ostendit & factis. Nam variis affecta tormentis ut à Christi fide de-

ficeret, haud vel minimum vacillavit: sed in his omnibus exultavit, & Tyrannum irrisit colaphis gravissime in faciem caesa, & tota livida, in tetrum deducta est carcerem; sed lætante & glorianter illic procedebat, & quasi ad epulas invitata, agone suum Domino commendabat. In illum fiduciam omnem projecerat, sciens fe non defendendam. Educta est è carcere postmodum, & equuleo fuit distenta: nec hoc ei animum immittit, sed auxit. Flagellis deinde torum ejus corpus attritam est, ac laminis ferreis ardentibus hinc inde circumfuitum: sed fortior eras ignis qui intus accendit, & fortior qui foris igit. Dicebat enim insultans Tyranno: *Nisi corpus meum diligenter perfereris à caruificibus atrodari, non potest anima mea in Paradisum Domini, cum palma intrare martyrii. Conveniebat igitur illi istud quod de muliere forti rursus dicit Sapiens: *Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit, in die navissima, constantiam enim mentis intentus, & exteriorum decoram modestiam corporis induta, læta erat in tormentis, quasi illa ridens, sicut & Tyrannum ac Satanam despiciens, & iridens. Merito læta, quæ sibi bene conficia, appropinquare sibi videbat præmia cælestia, quibus perceptis, cum Angelis & Beatis perpetuo erat ritu & gaudio rursus, sicut perennem evasura.**

S. Agatha in tormentis exultavit.

Prov. 31.

Ampulacionem mammillarum constantissimè perferit.

Hanc interim constantiam & lætitiâ Virginis in suppliciis probo sibi ducit Præfex. Quintiane, crudelitate furens plusquam ferina, jubet ei impulari & avelli mamillam; indicibili sane cum dolore & tortura, quandoquidem in illa parte corporis maxime vigeat vis sensitiva propter artenas & nervos sibi conjunctos, & propter vicinitatem cordis ac pectoris calorem. Nec tamen per hoc territa fuit, sed facinorosum auctorem compellans, ait illi forti eloquio, *femina cogitationis masculinum inserens animum. Non te pudet. Quintiane, crudelissime Tyranne, amputare in femina quod in tu matris iuxisti? Ego interam intus in anima mea habeo integras mamillas quas ab infantia Domino consecravi. Intellectus & voluntas duæ sunt mamillæ pretiosæ, lacte fidei & charitatis plenæ. Christo à Virginibus consecrate, in quas nullam habet vel Tyrannus vel Satan potestatem; quia intus sunt in anima, quo non peringit sine nostro consensu omnis potestas diabolica, vel humana. Neq; hic quicquam vicit Tyrannus, sed Virginis gloriam adauxit, quæ specialiter coram Domino gloriabatur: *Placuit Domine spectasti agonem meum, quem ad pugnavi in prælio: sed quia nolui obedire mandatis Principum, iussa sum in mamilla torqueri. Propter fidem castitatis adjuva me Domine in tortura mamillarum mearum. Adjuvit atque eam Dominus, per Apostolum fuit Petrum, in carcere medicinam per subito exhibentem, & integram sanitatem reddentem, cum confusione Tyranni & Satanæ. Restituta sunt ei mamillæ corporis, sed amplior lacte divini amoris adimplete sunt mamillæ mentis, ut & lac illud runderet in alios Christianos; quia sua fortitudine,**

Ab Apostolo Petro sanitatem respicit.

picta-

pletate, & amore in Christum, multos lactavit fortificavit, enutrivit, quasi mater fecunda. Et adhuc hæcenus lac illud censetur fluere in os eorum, qui ejus exemplo ad pietatem moventur, & quasi modo geniti infantes, sine dolo lac puritatis adamant & pietatis. Exteriores autem mamillæ corporis speciali adornabuntur gloria tota æternitate, quia in his pro Christo passæ est: & in hoc tempore lac dabunt specialis consolationis & intercessionis mulieribus istis, quæ torquentur in mamillis, quamdiu ad eam refugium sunt habiturae.

Itaque ad ultimum usque spiritus fortis fuit mulier hæc & virgo, sive coram Tyranno primum presentata, sive in carcerem conjecta, & colaphis cæsa, sive in equuleo suspensa, sive laminis ardentibus tosta & torta, sive in mamillarum gravissima super omnes tortura. Nec igitur hic locus est illi interrogationi: *Mulierem fortem quis inveniat?* Inventa plane est, & hic exhibetur omnibus spectabilis & admiranda. Spectaculum fuit Deo, Angelis, Hominiibus, Dæmonibus, B. Agatha gloriosissime certans. Deo quidem, tanquam agonis supremo Iudici & Remuneratori, Angelis, tanquam ejus Ministris Virgine animâibus & adjuvantibus. Hominiibus, tanquam spectatoribus, exemplum & animum ad bene curandum & dimicandum ab ipsa sumentibus. Dæmonibus, furorem Tyranni & ministrorum ejus succedentibus, ut mulierem & virginem fortem superare possent. Simus & nos animis spectatores fructuosi, ut hic discamus fidem, castitatem, charitatem cum constantia & fortitudinem tuam ad extremum usque spiritum. Discamusque hic regnum celorum vim pati, & patiente acquiri, quandoquidem & Petrus cruce, & Paulus gladio, & Laurentius craticula, & Stephanus lapidibus, & tot Virgines tam acerbis tormentis illud emere voluerunt: ita ut Catharina rotam, Lucia ignem, Barbara gladium, Agatha laminas ardentibus, & mamillarum abscissionem parum æstimator, si modo per hæc ad regnum æternum pertingere valerent. Amen.

IN FESTO S. MATTHIÆ.

Luce. 15. *Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii & Apostolatus, de quo prævaricatus est Iudas, ut arberet in locum suum.*
Act. 1.

Pars I. *Q*uod Hieremias olim à Domino dictum fuit: *Descende in domum figuli, ubi audis verbum meum, id nobis hodie etiam dici videtur: & descendi, inquit Hieremias, & ecce ipse faciebas opus super rotam, & dissipatum est vas quod ipse faciebat à luto in manibus suis. At non hic stetit. Quid ergo? Convertere, sicut placuerat in oculis ejus.*
Tomus 16.

Ecce hodie in die monemur à Domino ingredi mente & consideratione in domum suam, & considerare quæ aguntur ab ipso tanquam supremo figulo circa vasa electionis vel reprobationis, quæ utraque è luto formata sunt.

Nonne Iudas Apostolus tanquam vas speciosum manu Domini è luto edictum erat, ut serviret mensæ eius ad cibum electum cerimus vas istud, confictum, conculcatum tanquam lutum inutile, projectumque in locum suum, in cloacam foridam inferni. Veruntamen vide providentiam & sapientiam Figuli. Conversus statim fecit vas alterum, prout placuit in oculis suis, & substituit in locum prioris. Hoc fecit, dum Mattheum ad Apostolicam dignitatem loco Iudæ reprobi evertit statuens illum quasi vas in honorem loco vasis degenerantis in contumeliam, ut serviret ad obsequium, cibum, potumque electum celestis doctrine fidelibus exhibendum. Sic Domine Deus omnia operaris secundum consilium voluntatis tuæ: ita placitum fuit ante te; hæc est altitudo sapientiæ & scientiæ tuæ: Tu potestatem habens luti: *Ne ex eadem massa facias aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam.*

Consideranda autem hic est divina providentia & sapientia, quæ solet loco illorum qui è sublimi gratiæ statu corruunt, alios substituere, ut gratiam & gloriæ coronam adipiscantur ab eis deperditam. Propterea monet: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Quem locum sic interpretatur Rupertus: *Tu in humilitate firmo pede consistis, ne moto pede corruas; corruendo coronam tibi preparatam amittas & alius tibi succedens eam accipiat.* Propterea etiam dixit Iob: *Conteris multos, & stare facies alios pro eis: novit enim apera eorum, & ideo induxit noctem, & conterentur.* Quem locum explicat S. Gregorius de illis quos divina providentia permittit cadere, pro quibus solet alios erigere.

Sic loco Angelorum eadentium, homines substituit, qui eorum locum occuparent, & ruinam restaurarent, ita ut dicat S. Aug. civitatem Ierusalem nulla numerositate civium defraudandam. Propterea probabilis est sententia quorundam Theologorum, totum numerum lapsorum Angelorum per homines esse restitutum. Immo probabile est ex omnibus Ordinibus Angelos aliquos cecidisse, & sic etiam assumendos aliquos ex hominibus ad singulos Ordines Angelicos, quod ipsum probari videtur ex diversis gradibus gratiæ, quæ in hominibus cernitur.

Sic loco Iudæorum, gratiæ & gloriæ sibi preparatam à Christo repudiantium, Gentiles eliguntur, pro quibus MARIA Deipara in suo cantico cecinit: *Reclit potentiam in brachio suo, dispersit super eos, & exaltavit humiles.* De qua re etiam longe antea prophetice cecinerat Anna Samuelis Mater: *Sterilis peperit plurimos, & qua multos habebat filios, infirmata est. Cui conformis est illud Isaie: Lacere Isai. 54. Sterilis*

Ephes. 1. Matth. 11. Rom. 11.

Apoc. 8.

Iob 34.

Loco Angelorum homines substituit.

S. Thom. 2 p. 2. q. 36. art. 9.

In locum Iudæorum Gentiles.

Luc. 1. 1. Reg. 2.

Isai. 54.